

# APPENDIX

IN

## PHARMACOPÆAM UNIVERSALEM.

Paucis praefari licet, Appendicem eo consilio esse additam, ut Pharmacopœas, quae, dum opus imprimeretur, in lucem prodierunt, si quid novi continerent, hic exerceperentur, tum, ut novi, quidquid in arte pharmaceutica interim sit compertum, spicilegium facerem. Non raro quoque Geigeri formulas, quas impressas accepi, et ipsas a me conscriptas penitiore experientia eductus, mutandas putavi. Has operis pagina addita notavi.

**ACETUM NARCISSI PSEUDONARCISSI.**  
Rec. Florum recent. Narcissi partem unam,  
Aceti crudi part. octo, digere, colা.

**ACIDUM HYDROIODICUM** (p. 19).  
Rec. Kalii iodati Gran. 330, in aquae pau-  
xillo soluto adde Acidi tartarici Gran. 264 in  
aqua quoque soluti. Decantha a Cremore Tar-  
tari neonato.

**AETHIOPS MARTIALIS**  
(pag. 29).

In locum methodi illie descriptae oportet  
novam melioremque substituere posthac  
inventam.

Rec. Ferri muriatici oxydati cry-  
stallisati (p. 429) quantum vis,  
solve in decupla vel duode-  
cupla copia aquae destillatae,  
adde

Spiritus Salis Ammoniaci q.s.  
ut Oxydum Ferri penitus prae-  
cipitur et Liquor aliquantum  
Ammonium redoleat.

Sedimentum fundum petat et  
Liquor innatans decanthatione  
separetur. Aqua pura aliquo-  
ties infusa et iterum post sub-  
sidentiam decanthata Oxydum  
probe abluatur. Denique Oxy-  
dum Ferri in Aqua adhuc sus-  
pensum in catinum ferreum  
conjice, adde Limatura Martis  
dimidium, quod erat Fer-  
rum muriaticum, et coque per  
horam, vel donec Oxydum co-  
lorem plane nigrum induerit.

Elutriatione sedimentum ni-  
grum leve a Limatura intacta  
separa, collige in linteo expan-  
so, et aqua egultata fortiter ex-  
prime. Placentam adhuc hu-  
midam in loco subcalido ex-  
sicca. Cetera vide loco citato.

Eiusdem indolis est ac Ferrum oxydulato-oxydatum pag. 430 descriptum.

AMMONIUM ARSENICICUM vid. Arsenias Ammonii (p. 101).

AMYGDALINUM. Amygdalin. Amygdalina.

Rec. Amygdalarum amararum Libras quinque, subtiliter contundantur et oleum pingue iterata expressione removeatur aqua haud atra. Placentae expressae in pulverem subtilissimum redactae leni igne coquuntur per horam dimidiam cum Spiritus Vini rectificatisimi Libris sex. Cucurbitae impone epistomium suberinum tubo vitro longo instructum, in quo Spiritus condensetur et in cucurbitam refluat. Massam adhuc calidam in linteum expansum effunde et cito exprime. Residuum iterum cum Spiritus Vini rectificatissimi libris tribus coque et cola cum expressione. Liquores ambos mixtos calefac in balneo aquae, ut praeципitatum natum iterum solvatur, tum per colatorium trajice, oleum pingue ad fundum subsidens caute separans. Distillatione blando igne instituta Spiritum abstrahit ut viginti circiter Unciae supersint, quas per horas 2-4 in vase idoneo seponit, ut Amygdalinum crescat, quod Spiritu Vini aliquoties abluitur. Deinde solve in Spiritu Vini alcoholisati Uncis sex, servidecola in vas altum in aquam calidam impositum, in quo lenta refrigeratione in crystallulos abeat Amygdalinum, quas siccatas serva.

Sint crystalli lamellares, squamiformes sericeum nitentes, sapore subdulci amaro. Cum emulsione Amygdalarum dulcium in Acidum hydrocyanicum et Oleum Amygdalarum amararum vertitur. In locum Aquae Amygdalini et Laurocerasi substitui tentatum est, ut hoc medicamentum certioris indolis obtineatur. At variis incommodis, quae illam substitutionem sequebantur, nondum in usum receptum est.

AMYLUM DAUCI TOROSIEWICZII. Mohrrübenstärke. Fécule de Carottes.

Rec. Rad. Dauci Carotae nondum satis maturae q. v., in radula lege artis abrade, pulteu in cibrum setaceum immittit et sub aquae comm. radio influente manibus agita. Aquam cibrum transgressam turbidam collige, in loco frigido sepone per horas aliquot, tum effunde cavens ne sedimentum sublevetur. Hoc aliquoties aqua nova ablue et sedimentatione Amylum Dauci separa ab aqua innatante. Denique sedimentum collige et in temperatura media fac exsiccare. In tussi catarrhalis novissimis temporibus laudatum.

AMYLUM IODATUM vide Ioduretum Amyli (p. 484).

ANTHRACOKALI. Steinköhlensalz.

Rec. Kali caustici fusi (bene conservati vel

recens parati) Drachmas septem, caloris operiques factis admisce pulveris subtilissimi Lithanthracis, qui flamma lucida comburi solet et anglice Cannelcoal audit, Drachmas quinque, miscela ab igne remota terendo celerrime in pulverem redigatur, statim in vitris Drachmarum duarum vel trium capacibus et bene claudendis asservandum, ne humorem vel acidum carbonicum ex aere abripiat.

Est pulvis niger, digitos inquinans, saporis caustici, odoris subempyreumatici, aëris contactu humescens. Grana decem praeparati Aquae Unciam unam nigrofuscum reddunt, quae solutio acidis admixta præcipitatum nigrofuscum demittit. Continet Kali humicum. — Vis: antiperpetica praedicabatur, Ph. Badens. 1841 in appendice recepit.

### APPARATUS AD FONTICULOS. Fontanellæ apparat.

Apparatus ad fonticulos constat e rebus sequentibus in scatula chartacea contentis:

a) Emplastri adhaesivi ad fonticulos tringula paribus charta cerata interposita, ne agglutinentur, formae infra descriptae.

b) Binis hujus Emplastri paribus in quorum medio emplastrum vesicatorium magnitudine pisí innaret.

c) Unguenti ad fonticulos Uncia dimidia in olla.

Emplastrum ad fonticulos tali modo paratur:

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libr. duas, Piciis burgundicæ Unc. unam, Resinae Pini Libr. semis, Cerae flavae Unc. quatuor, liquando misce. Linteum tenuerum hoc emplastro obductum charta cerata interposita complicatur et ferro cylindrico latitudine pollicis pertunditur.

Unguentum ad fonticulos sequenti modo parandum:

Rec. Cerae albae Unc. tres, Olei Olivar. provinc. Unc. novem, Pulveris Cantharid. Unc. tres, Euphorbiæ pulv. Drachm. sex, lento igne per aliquod tempus liquata collentur, — Usus: Ad cutem emplastro vesicatorio ab epidermide nudatum alligatur emplastrum ad fonticulos in medio cum Unguenti ad fonticulos pauxillo illitum. Ph. Badens. 1841.

### AQUA ALBUMINOSA SOUBEIRAN.

Rec. Albumina ovorum duorum. Aquæ commun. Unc. triginta duas, optime pulsa, tum colla per telam laxam.

### AQUA AMMONIACA VOGLERI.

Rec. Aquæ commun. pur. Unc. septem, Sal. Ammon. pur. Drachm duas; m. Altera præscriptio aquæ dilutoris sumi docet Aquæ commun. Unc. decem, Salis Ammon. Drachm. duas.

AQUA ARSENICALIS PEARSONI vide Liquor arsenicalis PEARSONI (p. 520).

**AQUA AD BOTIUM s. antistrumalis**  
Ph. Taurin. 1833.

Rec. Lapid. Pamicis, Spongiae marinae, Pilae marinae, Ossis Sepiae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Salis gemmae Unc. duas, in olla sigillina obiecta combure; materiam ustam tere et dilue in libris quindecim aquae communis, digere per diem.

**AQUA CHLORI. Chlorwasser.**  
*Eau de Chlore.*

Oportet methodum expeditiorem atque certiorem, quam quae p. 57 descripta est hic referre.

Rec. Lagenas duas vitreas, epistomio vitreo munitas, Libram ram trium vel quatuor Aquae capaces. Singulae ad dimidium tantum Aqua destillata repleantur. Tum recipe cucurbitam vitream in quam ingere Magne-siae vitriariorum pulveratae Uncias tres, et Acidi muriatici crudi, cum quadrante aquae diluendi, Uncias quinque ad sex. In orificio cucurbitae apta tubum vitreum siphoniformem ope suberis perforati. Cucurbitam in balneo arenae colloca ut Gas Chlori extricatur. Crus descendens tubi vitrei in aquam quod lagenae alteri, epistomio demto recte in mensa constitutae, inest immitte, et exspecta donec partem vacuam Gas Chlori reperit, quod colore subviridi facile dignoscitur.

Tubum vitreum in lagenam alteram transpone, in priorem epistomium immitte et fortiter concute, quamdiu Gas absorbeatur. Hoc facilime eo conspicitur, ut aér in lagenam inversam irrepatur, si epistomium parum sublevatur.

Simili encheiresi Gas Chlori iterum in lagenam priorem fac

intrare, interdum secundam bene conquasses.

Hae operationes toties alternatim repeatantur, donec aqua, colore subviridi induita, chlorum protinus resorbere recuset.

Lagenis quidquid ambabus inest, in una collige et serva luce bene defensa. Aqua ad gradus 8. Therm. Reaum. majorem Chlori copiam abripit, quam quae calidior vel frigidior sit.

**AQUA COLONIENSIS (p. 61)**

Formula brevis optimae indolis hic referatur:

Rec. Spir. Vini rectiss. Unc. tres et semis, Ol. Bergamott., — Citri  $\frac{1}{2}$  Scrup. duos, — Rorismar. Gutt. quatuor, — Lavend. Gutt. sex, — Cinnamomi Gutt. quatuor, Tinct. Moschi Scrup. unum.

**AQUA DISCUSSORIA VOGLEI.**

Rec. Aquae commun. Unc. viginti, Sal. Ammon Unc. dimid., Spiritus Vini comm. Unc. duas. Aqua ejusdem nominis altera constat ex Aquae comm. Unc. viginti, Sal. culinaris Unc. una, Spiritus frument. Unc. duabus. Itidem praescribitur Aquae commun. Unc. decem, Nitri et Aluminis singulorum Drachm. duas.

**AQUA EPULOTICA VOGLEI.**

Rec. Aquae commun. v. Aq. Rosarum Unc. quatuor, Mercur. sublimat. corrosivi Gran. unum. Dilutior est: Aquae commun. v. Aq. Rosar. Unc. sex, Mercur. sublimat. corros. Gran. unum.

**AQUA HYDROIODICA SOUBEIRAN.**

Rec. Ferri iodati Unc. semis, Aq. dest. Unc. triginta duas.

**AQUA KREOSOTI. Kreosotwasser.**

Ph Badens. 1841: Rec. Kreosoti Drachm. unam, Aquae dest. Unc. sex, conquassata cola.

**AQUA MINERALIS IODATA LUGOL.**

Rec. Iodi Gran. quatuor, Kalii iodati Gran. octo, Aq. dest. Unc. triginta duas.

**AQUA NAPHTHAE SOUBEIRAN.**

Rec. Naphthae Vitrioli Unc. unam, Aquae dest. Unc. octo, concute optime, tum Naphtham effunde.

† **AQUA OPHTHALMICA HENDERSONI.**

Rec. Strychnini Gran. duo, Acid. acetici diut. Drachm. unam, Aq. dest. Unc. unam.

**AQUA STAHLII PRO DENTIBUS.**

Rec. Spir. Vini rectiss. Libr. viginti quatuor, Aq. Rosar., Rad. Pyrethri  $\frac{1}{2}$  Unc. quinque, — Cyperi longi, — Tormentill., Balsami Indic. nigri  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Cort. Cinnamomi Drachm. quinque, Hb. Ruta, Rad. Ratanh.  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, per dies sex digestis et filtratis adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam et semis, Coccinell. Unc. semis, post tres dies iterum filtra.

**AQUA TEREBINTHINATA SOUBEIRAN.**

Rec. Terebinth Venet. part. unam, Aquae comm. part. sex, tritura per horam dimidiam tum decantha.

**ARGENTUM CYANATUM. Cyanäsilver.**

Rec. Argenti nitrici crystallisati vel Argenti puri recens in acido nitrico puro soluti q. v., instilla Acidum hydrocyanicum vel solutionem Kalii cyanati q. s

**ARGENTUM PURUM. Chemisch reines Silber. Argent pur.**

Rec. Argenti impuri cupriferi q. v. (rubescent leni igne tum in lacinias disseccatur), immittit in cucurbitam vitream et affundit acidum nitricum puri (vel crudi cum Solutione Argenti praecipitati) non numis concentrati duplum pondus. Miscela calefiat in balneo arenae, ut argentum solvatur, tum sensim, si opus fuerit, adstilla acidum nitricum, quandovis gas nitrosum evolvitur, vel donec argentum plane solutum sit. Solutionem dilue multa aqua pluviali et filtra per chartam. Filtrum abluatur quandovis liquor transgressus Sale culinari turbatur vel imo opalescat. Solutioni a cupro coeruleae et in lagena capace inimissa instilla solutionem Salis culinaris, interdum fortiter lagena conuentius ut praeципitatum faciliter conglabetur et fundum petat, quandovis praecipitatum album caseosum demittitur. Post subsidentiam liquorem laete coeruleum in natantem decantha, lagena aqua communis reple et tamdiu lava, quam liquor cupri reactiones cum Spiritu Salis Ammoniaci praebeat. Quodsi cessaverit semel adhuc litionem repeate, tum praecipitatum humidum in patinam terrenam vel porellanam coniice, adde Zinci frustula quaedam et Olei Vitrioli guttulas aliquot, et totum fac calefieri, si vis, ad ebullitionem. Sedimentum album caseosum et leve in colore griseum et texturam densam convertitur. Quodsi inter agitationem nullibi particulae albae adhuc apparent, liquorem defunde et Argentum pulverulentum repetitis coctionibus cum acido diluto, denique cum aqua pura eduleora. Pro Lapi de infernali parando placenta argentea humida adhiberi poterit, pro vasis, spathulis vel crucibulis argenteis conficiendi Argentum sicctetur et in crucibulo Hassia adjecto pauxillo Boracis forti igne fuit et in modulos effundatur.

**AURUM CYANATUM, Cyanuretum Auri. Cyangold. Cianure d'or.**

Rec. Auri puri in nummis ducatis q. v., inter cylindros aurifabrilium extendatur et in lacinias disseccetur, tum in aquae regiae sufficiente quantitate caloris ope solvatur. Si quid Argenti nummis inest, hoc in praecipitato albido conspicietur. Liquor aurantiacus effundendo a sedimento separatur et aqua edulcoratoria solutioni adjiciatur. Solutio leni calore, certissime in balneo aquae servidae, ad siccum evaporet, vel acidum excedens Natro carbonico hebetetur. Chloridum Auri siccum iterum in Aqua destillata solvatur ot adstilletur solutio Kalii cyanati (quam vocem vide in appendice) quandovis praecipitatum gignetur, cavens ne nimium addas, quia praecipitatum iterum dis solveretur. Praecipitatum collige in filtro, aqua pura ablue et caute conde.

In morbis syphiliticis hinc inde adhibitum, loco aliorum auri praeparatorum, quorum virtutibus gaudere praedicatur.

**AURUM NITRICO - MURIATICUM RECAMIRR.**

Rec. Auri muriatici ad siccum caute redacti Gran. sex, solve in Aquae regiae Unc. una. Externe adhibetur pro virtute caustica.

**BACILLI BRANDENBURGENSES.**

Rec. Pulu. Rad. Iresos Unc. tres, — — Lquirit., — Sem. Anisi, — — Foenic.  $\frac{1}{2}$  Unc. quinque, Storac. Calam. Drachm. duas, Succ. Myrrh.  $\frac{1}{2}$  Drachm. semis, Mastiches Scrup. unum, Ol. Caryophyll. — Cajeputi  $\frac{1}{2}$  Gutt. quindecim, Tinct. Cantharid. Gutt. viginti.

**BALSAMUM ODONTALGICUM (p. 117).**

Alia formula vel melior. Rec. Oppii Gran. quindecim, Pulu. Rad. Pyrethri, Catechu, Myrrh.  $\frac{1}{2}$  Drachm. semis, Mastiches Scrup. unum, Ol. Caryophyll. — Cajeputi  $\frac{1}{2}$  Gutt. quindecim, Tinct. Cantharid. Gutt. viginti.

**BALSAMUM OPODELDOC HYALINUM (p. 118).**

Rec. Saponis butyrini (in Appendix) Unciam unam et semis,

Camphorae Unciam seinis, Olei Thymi Drachmam semis,

Olei Anthos Drachm. unam, Spiritus Vini rectificatissimi Uncias viginti,

in cucurbitam immissa calefac in balneo aquae donec soluta fuerint, tum filtra per chartam bibulam in infundibulo stan-

neo aqua fervida circumdata calefacto. Excipe in lagena vitrea. Post filtrationem adde

Spiritus Salis Ammoniaci  
caustici Unciam unam,  
concutiendo misce, tum in lagenas amplioris orificii, ut  
moris est, distribue, quae lente  
refrigescant epistomio imposito.

De parando Balsamo Opodeldoc aliquid disseramus. Consistentia Balsami pendet a Sapone stearinico vel margarinico. Paratur Sapo stearinicus purus ex Acido stearinico in commercio mercabili et Lixivio natrio puro. Hujus Saponis, salitione repetita depurati, et penitus exsiccati portiunculae minimae Spiritum Vini faciunt congelescere. Drachma una in Spiritu Vini rectificatissimi Unciis tribus (1:24) soluta hunc facit coire in gelatinam opalescenti-pellucidam satis duram. Si Spiritus Unciae duas (1:16) sumuntur, gelatina albescere et impellucida fieri incipit; si Uncia una et semis (1:12) sumitur gelatina nimis difficulter in cutem illinita liquatur, et particulae lubricae perduntur. Opodeldoc ex lagenua exemum et inter palmas fricatum cito liquefacit oportet, in cutem infricatum penitus evanescat nec saponis crustam nimiam relinquit. Non enim saponi virtus discutiens et antirheumatica tribuitur, sed Spiritui Salis Ammoniaci, Camphorae et Oleis aethereis. Sapo vehiculum tantum est, nec incommoda alia secum afferat.

Extra dubium est, cetera quae Balsamo Opodeldoc insunt, Sapone omnino suppresso, iisdem gaudere virtutibus, quam Sapone addito. At vero consistentia gelatinae commoda quaedam externa secum fert; evaporationi praecavetur, Balsamum in commercio quotidiano facilime sine vase, charta tantum involutum, asportari poterit, manum calore emollitum non adeo tenue fit et a manibus defluit. Ergo in cinnanda formula studium fuit, Sapone diminuere, partes vero efficiens

augere. Sapo butyrinus ad hanc præparationem commodissimus est; facilime dissolvitur, Opodeldoc inter manus cito liquatur, diu asservatum astericos non monstrat, præterea gelatinam pellucidam claram exhibet. Opinio late vagatur, Opodeldoc Spiritu fortiore paratum fieri pellucidius quam Spiritu debiliore. Hoc abnegare audeo. Experimentis multis compertum habeo inter Spiritus, qui 88 et 94 partes centesimas voluminis alcoholis continent, quoad pelluciditatem non esse discrimen. Opodeldoc lente et sine omni concussione refrigeratum clarus fieri, quam immersione in aqua frigida, contra multorum opinionem, affirmare ausim.

#### BARYUM SULPHURATUM (p. 129)

Baryum sulphuratum solvendo in aqua decomponitur, primum dissolvitur Baryum sulphuratum hydrothionicum, tum Baryum sulphuratum cum Barya caustica chemice junctum, denique Barya caustica pura.

#### BERBERINUM. Verberin. Berberine.

Rec. Corticis Radicis Berberidis vulgaris recentis q. v., his terre infunde aquam servidam, ultimum expime. Liquores junctos ad extracti spissitudinem redige, tum extrahe Spiritu Vini rectificatissimo, quādiū sapor amarus abripitur, tinturas spirituosas destillationi subiecte et residuum reductum in locum frigidum sepone. Crystalluli concrescent citrinae, tenues, plumbosae, quae expressione a lixivo depurantur. Hae aqua servida solvantur, et refrigero iterum concrescant. Partes extractivæ plurimum in liquore retinentur. Tum semel adhuc Berberinum Spiritu Vini rectiss. solvatur, et denuo concretum siccatur.

Est pulvis crystallinus coloris laete citrini, saporis peramari diu persistentis, odoris nullius, chartas exploratorias non tingens nisi colore suo proprio.

A Bachnero primum patefactum hinc inde in usum medicum vocatum.

#### BUTYRUM ANTIMONII (p. 142).

Certius atque uberiori tali modo præparatur: Rec. Antimonii crudi optime laevigati q. v., Acidi muriatici crudi fumanis quintuplo pondus, in cucurbitam immissa calefiant ut gas hydrothionicum, quod caute evites, erumpat et Antimonium dissolvatur. Reactio per aliquod tempus calore promoveatur tum miscela refugescat. Liquorem Antimonio intacto insidente effunde, et novam Acidi Salis vim addas, quam Antimonio simili modo gravida priori adicias.

Liquores acidos in patina aperta igne vivo sub camino bene aspirante in volumen artius coge, donec portiuncula baculo vitro

exemta in lamina frigida congelescat. Tum effunde per tubulum in retortam antea calefactam et ex balneo arenae totum fac destillare.

### CALOMEL sublimatione pulveratum (p. 146).

Rec. Mercurii sublimati corrosivi partes quatuor, Mercurii vivi partes tres, caute Mercurium extingue adspergens subinde Spiritum Vini. Massa cinerea in vas e ferro fuso confectum fundi lati et parum concavi immittatur et in lento igne calefiat ut color cinereus sensim sensimque a marginibus incipiens in subflavum vertatur. Operculum ferreum aptum semper sit impositum. Operculo subinde demto exploratur, num reactio chemica usque in medium progressa fuerit. In operculo guttulae Mercurii vivi, qui ad calculum stoichiometricum excederit, adhaerentes inveniuntur, quae pluma absterae colliguntur. Massa residua, in Calomel jam mutata et Mercurio excedente libera, novae sublimationi tali modo subjiciatur.

In cista lignea quadrata, cuius latus pedes duos et ultra efficiat, paries unus verticalis et dimidium superni e lamina ferrea conficiatur. Paries ceteri interne charta nigra polita obducantur. In pariete ferreo foramen sit rotundum in quod orificio retortae figulinæ bene aptetur. Commissurae argilla obturentur. Retorta sit plena massæ supra descriptæ, et ei circumdetur furnus aptus, qui primum carbonibus non accensis repleatur.

Ignis collo retortæ, ubi cistam attingit, primum admoveatur et fundum versus procedat. Sublimatio cito procedat. Calomel in spatio ampio cum aëre frigido mixtum subtilissime condensatur et specie pulveris nivei valde depingentis in fundo stratum post refrigerium totius suppelletilis invenitur. Exploratur num Mercurius sublimatus corrosivus insit, qui Aqua distillata abluitur. Pulvis subtilissimus bene siccatus in vase non pellucido servetur.

### CALOMEL VIA HUMIDA PARATUM (p. 147).

Solutionem Mercurii nitrosi limpidadem et dilutam in Acidum muriaticum crudum dilutum instilla, cavens ut Acidi semper supersit, nec unquam Mercurius praevaleat. Rei summa in eo posita est, ut solutio mercurialis in Acidum nec vice versa infundatur, quia Calomel Mercurium nitrosum ad se abripit et praeparatum constituit nocivæ efficacitatis. Hac in re plurimum peccatum est, inscitia quamquam.

### CATAPLASMA AD DECUBITUM AUTENRIKTHII, Plumbum tannicum.

Rec. Corticis Quercus q. v., decoque cum Aquis communi aliquoties et cola; colaturis instilla Acetum Saturni quamdiu præcipitatum fuscum gignitur. Sedimentum collige in linteo et fac egutare; adhuc humidum et pultiforme dispensemetur.

### CATAPLASMA RESOLVENS Ph. Taurin. 1833.

Rec. Farin. Fabar., Semin. Lini, — Foenugraeci  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Aeti Saturni Unc. semis.

### CATAPLASMA ROBORANS Ph. Taur. 1833.

Rec. Cort. Chiae Unc. unam, Hb. Salviae, Summit. Rorismar.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Vini rubri generosi Libr. unam et semis.

### CATAPLASMA RUEFACIENS.

Rec. Hordei leniter tosti Unc. quatuor, Aeti Unc. unam, Albumina ovorum trium, Aq. comm. q. s. in linteum expanso injice Pulveris Piperis nigri, Sem. Foenic.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis.

### CAUSTICUM RECAMIER.

Rec. Auri muriatici (non natronali) Gran. sex, Aquæ regiae Unc. unam.

### CERATUM AMYGDALARUM.

Rec. Cerae albæ Drachm. duas, Ol. Amygdal. Drachm. sex, liquando in balneo aquæ misce.

## CERATUM CONTRA NEURALGIAM SOUTHERAN.

Rec. Cerussao Unc. unam, Ungt. simplic. Unc. semis, m.

## CHARTA ANTARTHРИTICA s. antirheumatica. Gichtpapier. Papier antarthritique.

Rec Axungiae Porci Unc. quatuor, Cerae albae Drachm. sex, Cetacei Unc. semis, liquatis adde Resinae Mezerei (p. 411) Grana viginti quatuor. Hoc unguentum calefactum in chartam serpentinam tenuiter illinatur. Charta tunc igni caute appropinquetur ut massam aequaliter imbibat, et eodem latere bis adhuc illinatur. Facies allita splendens cuti impinnatur.

## CHARTA ANTIRHEUMATICA. Gichtpapier.

BERG: Rec. Euphorbi Drachm unam, Cantharid. Unc. semis, Spiritus Vini rectiss. Unc. quinque, digere per octo dies, cola, filtra, adde Colophonii albi Unc. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam et semis, solve. Ope penicilli in chartam epistolatoriam illinitur. EHRMANN: Cerae albae Unc. quatuor, Ol. Olivar., Terebinth. Venet.  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Picis albae Unc. unam, liquefactis adde Extractionem ex Cantharidum Unc. quatuor et Spiritus Vini rectiss duplo obtentam. Folia duo chartae scriptoriae marginibus inflexis junctis in miscelam liquatam immeguntur, tum post refrigerium marginibus abscissis separantur.

## CINERES CLAVELLATI DEPURATI (p. 151).

In locum methodi l.e. descriptae recentiorem atque meliorem substituamus.

Rec. Cinerum clavellatorum calcinorum, quantum fieri potest, bonaे notae Libras decem, affunde Aquae pluvialis Libras sex, et interdum agitata sepone per noctem.

Liquorem defunde. Extractionem bis adhuc simili modo repeate. Liquores junctos filtra per chartam albissimam, tum in vase porcellaneo fac evaporationem ad Syrupi fere spissitudinem ut Kali carbonicum refrigerio concrescat. Massam crystallinam in infundibulo fac bene eguttare. Liquorem denuo inspissa, ut denuo crystalli gignantur, quas eguttatione a liquore separa.

Crystallos collectas parva Aquae destillatae copia solve, filtra, si opus fuerit, et denuo evaporatione in crystallos redige, quas iterum eguttatione a liquore secerne. E liquore iterum crystallos gigne, quas simili modo fac eguttare. Crystallos collectas in vase porcellaneo leni calore penitus exsicca et vase vitro optime claudendo conde.

Lixivia matris Silicia et Sale digestivo gravida inserviunt Terra foliata Tartari et Tar-taro tartarisato parandis.

## COLLYRIUM CATHAERETICUM SOUTHERAN.

Rec. Lapid. infernal. Gran. decem, Aq. de-still. Unc. unam, solve.

## COLLYRIUM FULIGINIS SOUBEIRAN.

Rec. Extr. Fuliginis splendent. part unam, Aceti part duodecim, m. Guttatum in aqua hauritur.

## COLLYRIUM IODATUM MAGENDIE.

Rec. Iodi Gran. unum ad duo, Kalii iodati Scrup. unum, Aquae Rosar. Unc. sex.

## CONSERVA PECTORALIS Ph. Taur. 1833.

Rec. Rad. Althaeæ, — Helenii, Passular. minor.  $\frac{1}{2}$  q. v.; ex Radice Althaeæ ad molli-tiem cocta extrahe pulpm Libr. quatuor, ex Radice Helenii pulpm Libr. unius, ex Passulis quoque pulpm Libr. unius, tum recipie Hb. Pulmonariae, Adianthi Capilli Veneris  $\frac{1}{2}$  Manipulos duos, fiat cum s. q. aquae decoctum, cui sub finem coctionis addas Florum Farfarae Manipulum unum colatura Libr. sex. In hoc decocto clarifica lege artis Sacchari albi Libr. octo, ut fiat syrpus; mox ad conservæ consistentiam inspissa. Huic demum adhuc tenuenti pro singulis conservæ Libris quinque caute admisce Opii cum Saccharo bene con-terendi Drachm. unam.

CONSERVA ROSAE FRUCTUS = Conserva Cynorrhodi (p. 252).

## CREMOR CETACEI PRO CUTE LENIENDA.

Rec. Cetacei, Cerae albae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. duas, liqua, infunde in mortarium calefactum tum sensim admisce Aquae Rosarum antea calefactæ Unc. unam et semis.

### CROCUS MARTIS APERITIVUS (p. 209).

Certiorum parandi methodum hic referre oportet.

Rec. Natri carbonici crystallisati vel calcinati q. v., solve in aqua calida et filtra, si opus fuerit.

Solutionem fac ebullire in cattino e ferro fuso confectum, tum sensim injice

Vitrioli Martis depurati crystallos, quamdui praecipitatum gignitur, cavens ut sub finem operationis reactio alcalina, chartis tinctis exploranda adhuc leviter praevaleat. Miscelam coque per horam dimidiem, tum conjice in linteum expansum atque humectatum, et praecipitatuni bene lava aqua pluviali servida. Post eguttationem aquae lavatoriae linteum constringe et in prelo torculari fortiter comprime. Placentam distractam in loco obscuro siccandam expone supra charta, tum conde vasis luci imperviis in loco frigido.

#### DECOCTUM ALOES Ph. Edinb. 1839.

Rec. Aloës, Myrrh., Croci  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Succ. Liquirit. Unc. semis, Sal. Tartari Scrup. duos, coque cum Aqua comm. Unc. sedecim ad duodecim, cola, adde Tinct. Cardamomi Unc. quatuor.

#### DECOCTUM FULICINIS BLAUDII.

Rec. Fuliginis splendens pugillum, Aquae comm. Unc. triginta duas, coque per horam semis, tum cola.

#### DECOCTUM GUAJACI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, Passular. Unc. duas, decoce cum Aq. comm. Libr. tredecim sub fineum addendo Ligni Sassafras, Rad. Liquirit.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam.

#### DECOCTUM SARSAPARILLAE COMPOSITUM Ph. Edinb. 1839.

cum formula Ph. Suec. (p. 247) convenit.

#### DECOCTUM SCOPARII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Cacuminum Cyici Scoparii, — Juni

peri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Cremor. Tartari Drachm. tres, Aq. comm. Unc. triginta, coque ad Unc. viginti, cola.

#### DECOCTUM STEARNS S. PARTUM PROMOVENS.

Rec. Secalis cornuti Gran. triginta, Aquae comm. Unc. octo, coque parum, cola.

#### ELECTUARIUM CATECHU Ph. Edinb. 1839.

Rec. Catechu, Kino  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Cinamomi, Nucia Moschat.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Opii in Vino Xericò diluendi Drachm. unam et semis, Syr. Rosar. gallic. Unc. triginta, misce.

#### $\dagger$ ELECTUARIUM OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. aromat. Unc. sex, — Senegae Unc. tres, Opii in Vino Xericò diluti Unc. semis, Syrup. Zingib. Libr. unam. m.

#### ELECTUARIUM PIPERIS Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Piperis nigri, — Rad. Liquirit.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam, — Sem. Foenic. Libr. tres, Mellis albi, Sacch. albi  $\frac{aa}{aa}$  Libr. duas.

#### ELECTUARIUM SENNAE Ph. Edinb. 1839.

Rec. Fol. Sennae Unc. octo, Sem Coriandri Unc. quatuor, contundantur et Unc. decem cribri ope secernantur, residuum, additis Rad. Liquirit. Unc. tribus, Caricarum Unc. duodecim, coque cum aquae communis Libr. quinque et Unc. tribus ad dimidium, cola, fac evaporare ad Unc. viginti quatuor Aquae volumen, adde Sacch. albi Libr. duas et semis, Pulpae Prunor. Libr. unam.

#### ELECTUARIUM STANNI SOUBEIRAN.

Rec. Pulveris Stanni, Mellis albi  $\frac{aa}{aa}$  par. pondus.

#### ELECTUARIUM TRIPHHERAE PERSICAE Ph. Taurin. 1833.

Rec. Succi Solani tuberosi, — Endiviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. sex, Sacch. albi Libr. unam, Pulpae Tamarind. Unc. sex, Rhei, Myrobalanorum citrin., Mastich., Ligni Santali citrin.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Macidis Drachm. duas. Saccharo cum succis clarificato et colato cetera adjiciuntur.

#### ELECTUARIUM WINKLERI Ph. Taurin. 1833.

Rec. Rad. Symphyti major, — Tussilagin., — Enulae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, ablutas coque cuni sufficiente aqua ad mollitatem, tum cola; hinc Rec. Passalarum major, — minorum  $\frac{aa}{aa}$  Unc. sex, coque in decocto priore colato ad mollitatem; tum radices per decoctionem emollitas et in mortario lapideo contusas pone in cribro setaceo una cum passulis coctis et pulpam extrahe; mox Rec. Hb. Salviae, — Betonicae, — Veronicæ, — Hederae terr., — Pulmonariae, — Hyssopi  $\frac{aa}{aa}$  Manip. unum, coque per horam in decocto a passulis relictio, addendo si opus fuerit, modicam aquae dosim; tunc decoctum per linteum colas et in ipso solve Sacch. albi Libr. unam, et evaporare fac ad Syrupi densioris consistentiam. Denique huic Syrapo colato adde Pulpam a radicibus et passulis obtentam, Amygdal. dulcium exhortica-

## ELIXIR AMARUM — ESSENTIA IPECACUANHAE 899

tarum, Pinearum contusarum  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Pulv. Cinnamomi Drachm duas, Croci Scrup. unum; si opus fuerit in balneo aquae paullulum evaporet.

### ELIXIR AMARUM Ph. mil. Bor. 1828.

Rec. Extr. Absinth. (vel Gentianae, vel Tri folii fibrini) Unc. semis. Aq. Menth. pip. Unc. octo, Tinct. Calami (vel Pomor. Aurant im maturor.) Drachm. duas.

### ELIXIR AMARUM CONCENTRATUM Ph. mil. Bor. 1828.

Rec. Extr. Absinth. (vel Trifolii fibr. (Unc. quatuor, Aq. commun. Unc. quatuor, Tinct. Pomor. Aurant. Unc. duas, Ol. Menth. pip. Scrup. unum, Spir. Vini rectiss., Aq. Rosar.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, digere filtra.

### ELIXIR GINGIVALE.

Rec. Catechu Unc. unam, Cort. Chinae flav., Rad. Pyrethri  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Ol. Menth. pip. Scrup. unum, Spir. Vini rectiss., Aq. Rosar.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, digere filtra.

### ELIXIR ROSARUM PRO ORE.

Rec. Caryophyll. Drachm. unam, Cinnamomi Unc. tres, Zingiberis Unc. duas, Ol. Portugall. Drachm. unam, — Menth. piperit. Unc. unam, Rosar. Gran. quindecim, Spir. Vini rectiss. Libr. quatuor; bene digesta filtra.

### EMPLASTRUM ADHAESIVUM NIGRUM Drs. WALTHER.

Rec. Empl. Diachylon simpl., Picis navalis, Colophonii  $\frac{1}{2}$  Unc. duas.

### EMPLASTRUM ANTARTHriticum HEL- GOLANDICUM.

Rec. Calcariae sulphurato-stibiate, Cerae flavae  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam et semis, Picis liquid. Unc. unam, m. l. a.

### EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOS- TUM (p. 321).

Terebinthina liqueficiat in balneo aquae servi-  
dae, tum Resino-Gummata recens pulverata  
inspergantur et ope pistilli lignei distendan-  
tur, denique adde Ceram et Emplastrum Dia-  
chylon separatum liquata.

### EMPLASTRUM EPISPASTICUM Drs PEEZ.

Rec. Cort. Mezerei Unc. semis, Rad. Pyrethri Unc. duas, infunde Naphthae Aceti Unc. duas; stent per dies aliquot. Separatum recipe Can-  
tharidum Unc. unam et semis et Naphthae Aceti Unc. duas, stent per aliquot dies, tum filtra. Filtratum prius Cantharidibus iisdem infunde, denuo post macerationem filtra, li-  
quores junge, in ipsis solve Colophonii Drachm. tres, et totum ope penicilli illioe telae sericeae Tassetas quam vocant, longitudinis quatuor pedum latitudinis decem pollicum.

### EMPLASTRUM MERCURIALE Ph. Taurin.

Rec. Emplastr. Diachylon simpl. Libr. sex,  
Gummi Ammoniaci, Ceræ flav., liquatis adde  
Mercurii vivi Unc. sex cum Adipis suillæ, Te-  
rebinth., Florum Sulphuris  $\frac{1}{2}$  Unc. una bene  
triti et extincti.

II.

### ENEMA CATHARTICUM Ph. Edinb. 2839.

Rec. Ol. Olivar. Unc. unam, Sal. amar. Unc. semis, Sacch. albi Unc. unam, Infusum Fol. Sennæ Unc. semis cum Aq. ferv. Unc. sedecim.

### ENEMA OPII s. anodynnum Ph. Ed. 1839.

Rec. Amyli Drachm semis, Aq. fervid. Unc. duas, tepefactis adde Tinct. Opii Drachm. se-  
mis ad integrum.

### ENEMA TEREBINTHINAE Ph. Ed. 1843.

Rec. Ol. Terebinth. Unc unam, f. emulsi-  
cum Vitello Ovi, Aquæ comm. Unc. unde-  
viginti.

### † ESSENTIA ACONITI. Eisenhutessenz. Es- sence d'Aconite.

Ph. Badens. 1841: Rec. Herbae Aconiti optime siccatae et in pulverem subtilissimum redactae Unc. octo, Spiritus Vini rectiss. Unc. sedecim, digere in temperatura grad. 20 per quatuor dies, tum fortiter expime. Herbae expressæ adjice tantillum Spiritus Vini rectiss. ut hic expressus et liquori priori juntas pon-  
dus Unciarum sedecim expletat. Sit pond. spec.  
0.864.

### ESSENTIA ARNICAЕ. Arnicaessenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti.

### † ESSENTIA BELLADONNAE. Belladonna- essenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti.

### ESSENTIA CARYOPHYLLATAE. Melfen- wurzessenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex floribus Chamomillæ.

### ESSENTIA CHAMOMILLÆ. Kamille- essenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex floribus Chamomillæ.

### † ESSENTIA CONII. Schierlingessenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex Herba Conii siccata.

### ESSENTIA CINÆ. Wurmsamenessenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur ex Seminibus Cinæ sicut Essentia Aconiti.

### † ESSENTIA DIGITALIS s. Herbae Digi- talæ.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex Herba Digitalis.

### † ESSENTIA HYOSCYAMI s. Herbae Hyos- cyami.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex Herba Hyoscyami.

### ESSENTIA IPECACUANHAE. Specacuanha- essenz.

Ph. Badens. 1841: pareatur sicut Essentia Aconiti ex Radice Ipecacuanhae.

## 900 ESSENTIA MENTHAE PIPER. — KALIUM IODATUM

ESSENTIA MENTHAE PIPERITAE. *Pfefferminzessenz.*

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Hb. Menth. pip. siccata

ESSENTIA SABINAE. *Sebenbaumessenz.*

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex foliis siccatis Sabinae.

ESSENTIA SERPENTARIAE. *Schlängenwurzelessenz.*

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Radice Serpentariae.

ESSENTIA VALERIANAE. *Valerianenessz.*

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Radice Valerianae.

EXTRACTUM HAEMOSTATICUM BONJAU.

Rec. Secalis cornuti pulv. q. v., extrahere Aq. frigida, colatura in balneo Aquae ad Extracti spissitudinem evaporet.

EXTRACTUM PHELLANDRII AETHEREUM.

Paretur sicut Extractum Filicis aethereum. Insigniter virtute Seminis Phellandrii gaudere praedicatur.

EXTRACTUM SABINAE SPIRITUOSUM DE ROMA.

Hb. Sabinae recens siccata et pulverata Spiritu Vini rectiss. exhausturatur, et tinctura, Spiritu per destillationem abstracto, ad extracti consistentiam cogatur.

EXTRACTUM SARSÆ FLUIDUM Ph. Edinb. 1839.

Rec. Rad. Sarsaparill. Libr. unam, infunde Aq. fervid. Libr. sex ad septem, cola; denuo coque cum Libr. tribus, cola, tum fac evaporare ad Unciarum sedecim volumen.

FERRUM SULPHURATUM PRAECIPITATUM s. hydratum. *Gefülltes Schwefeleisen. Fer sulfure precipit.*

Rec. Vitrioli Martis q. v., solve in Aquae communis duodecupla copia, adde Solutionem Natrii sulphurati, calcinatione Salis GLAUBERI cum Carbone Lignorum obtenti, quamdui praeципitatum nigerrimum obtineatur. Hoc in linteo expanso collige, aliquoties aqua fervida ablue et cum aqua in lagenam bene obturandi ingere. Praeципitatum in aqua suspensum antidotum contra veneficium Mercurii sublimati corrosivi praedicatur.

FULIGOKALI DESCHAMPSII.

Rec. Alcali vegetabilis caustici siccii Unc. unam, Fuliginis splendent Unc. quinque, Aquae dest. q. s., coque per horam, dilue, filtra, fac evaporare ad siccum.

FULIGOKALI SULPHURATUM DESCHAMPSII.

Rec. Fuligokali Drachni. unam, Alkali vegetabil. caust. siccii Gran. quatuordecim, Flor. Sulph. Gran quatuor, coque cum Aqua, tum fac evaporare ad siccum.

HYDROSULFHURETUM AMMONII. *Schwefelwasserstoff-Ammoniat. Hydrosulfure d'Ammoniaque.*

Rec. Spir. Salis Ammoniaci caustici q. v., immittit torrentem Gas hydrothionicum ex Ferro sulphato et Acidio sulphurico diluto extiratum, quamdui resorbetur. Liquor limpidus recens coloris expers in lagenulis omnino repletis et cera signatoria bene obturatis ad usum servetur. Usus reactorius.

INFUSUM SENNAE ET COFFEAE BANDELOCQUE.

Rec. Fol. Sennae Drachm. duas, infunde Aq. ferv. Unc. quatuor, stent per noctem, cola, et ferrefactum in Coffeam tostam loco Aquae fervidae infunde.

† IODURETUM ARSENICI. *Arsenifjodür. Iodure d'Arsenic.*

Rec. Cobalti grisei (Arsenici metallici) partem unam, in pulverem trito admisce Iodi partes quinque, immittit in virrum in balneo arenæ calefacientum ut chemice sese jungant. Tum adhuc calore Iodi quid superest fac avolare.

KALI CHLORICUM (p. 492).

Rec. Cinerum clavellatorum depuratum, Calcariae aquae adspersae ope in pulvere subtilissimum mutatae par pondus, intime misce et torrentem Gas Chlori fac transmigrare. Pulvis incalescit et vapores aquosi emergunt. Saturatione perfecta massa residua in vase ampio interdun agitata calefiat, ut penitus sal chlorosum decomponatur.

Iali chloricum aqua fervida et filtratione vel colatione separatur, et refrigerio in crystallos concrescat. Altera crystallisatione plane depuratur.

KALIUM IODATUM (p. 495).

Rec. Barytae sulphuricae nativae subtilissime laevigatae Libras duas, Pulveris Carbonis Ligni Uncias quinque, Pulveris Colophonii Unciam unam,

intime mixtis aquae pauxillum adsperge, ut conglomerentur, tum in crucibulum immittit in quo pistilli ope bene comprimitur. Operculo imposito et commissuris luto argillaceo obiter clausis, crucibulum in furno anemio colloca, in quo sensim calefiat, denique ex-

candescat et per horas duas in excandescencia obtineatur. Crucibulum in furno refrigerescat. Massa carbonacea eximatur, cito in pulverem contundatur, qui per cribrum missus exemplo in lagenis angustioris officii et optime claudendis recipiatur.

**Tum recipe**

Iodi Uncias sedecim,  
Aqua destillatae vel pluvia-  
lis Libras sex vel septem,

immitte in patinam porcellaneam et sensim adjice inter agitationem pulverem mox descriptum, in quo Baryum sulphuratum inest, donec liquidi color, ex citrino in rubro-fuscum sensim versus disparuerit, et liquor omnino decolor appareat post subsidentiam vel filtrationem. Caveas, ne Iodi aliquid adhuc intacti in fundo lateat, quod si exagitatum fuerit, liquorem denuo colore flavo tinget. Miscela calefiat ad ebullitionem, tum sensim adjice

Kali sulphurici pulverati Un-  
cias undecim,  
coque per horae quadrantem, tum filtra per chartam bibulam, massam carbonaceam aqua destillata bene ablue, et liquorem filtratum caute ad crystallisationem inspissa. Pulvis cinereus elotus et bene sic-  
catus iterum atque iterum, adjecto pauxillo pulveris carbonum, calcinatione in Baryum sulphuratum reduci, et ad eundem usum adhiberi poterit.

Crystalli collectae in infun-

dibulo eguttentur, tum in loco calido penitus exsiccate seponantur.

Lixivia residua explorentur, num Kali sulphuricum vel Baryta excedat, quorum alterum altero detegitur. Si Baryta excedit, Kali sulphurici aliquantulum caute addatur, ut Baryta omnino praecipitetur. Tum filtretur et liquor denuo ad crystallisationem inspissetur, quamdui crystallos satis puras edit.

De parando Kalio iodato malmum tentatum est. Opiniones experimentis saepius repetitis sensim labefactantur, et deseruntur methodi, quae optimae esse videbantur. Quod attinet ad methodum illam s. 495 a nobis commendatam, postea observatum est, Ferrum carbonicum ex Ferro iodato et Kali carbonico praecipitatum quotiescumque lavatum semper continere Iodum, ex quo non levis Iodi jactura efficitur. Kali iodatum cum Kali carbonici vel Natrii iodati vestigiis inquinatum humorem facile ex aere abripit et deliquescit. Quum enim Cineres clavellati semper contineant Sal digestivum et Sal commune, hinc inde quoque Natrum carbonicum, haec salia, quae depuratione non excernuntur, omnia ex cineribus praeparata sequentur, ergo Kali carbonicum depuratum et Kali causticum. Praestat igitur Cineres clavellos et quid ab illis derivatur omnino rejicere, et aliud Sal Kalicum satis purum et vilioris pretii advocate, quod in Arcano duplicato obvium est. Hoc sale adhibito Chlorum et Natrum, eorumque combinationes, facile evitantur.

Iodum, si siccum, et Kali sulphuricum facillime pura obtinentur; ex calculo stoechiometrico proportiones exacte inveniuntur quae invicem sese decomponant, nec tentationibus molestis opus est. Si corpora bona notae sunt et pondera exacte librata, post

filtrationem neque Acidum sulphuricum neque Baryum iodatum in liquore detegi potest. Baryum sulphuratum tantum ad oculorum arbitrium adjicitur.

Baryum iodatum non Cineribus clavellatis depuratis praecipitetur, quoniam quisquiliae, quae Cineribus insunt, Kalium iodatum pertinaciter inquinant.

Sunt, qui censuerint, Kalium sulphuratum calcinatione ex Arcano duplicito ipso cum carbonibus melius parari, quam ex Baryo sulphurato et Arcano duplicito. Sed haec res aliter sese habet. Kalium sulphuratum fusum crucibulum fortiter corrodit, et silicium in se abripit, quae Kalium iodatum inquinat et filtrationes repetitas exigit.

Kalium sulphuratum fusum per rimas tenuissimas crucibuli evadit et in ignem fluit; denique massae calcinatae saepius inest Arcanum duplicitum ipsum non decompositum et Kali hyposulphurosus, quod coctione in Gas sulphurosus et Sulphur dilabitur. Filtrationes quoque repetitae liquorem limpidum reddere nequennt. His argumentis innixus methodum illam mox descriptam ceteris hodie anteposuerim.

#### LIQUOR AMMONII CARBONICI SPIRITUOSUS Ph. Suec.

Rec. Sal. volatilis partem unam, Spir. Vini rectiss. partes duas, solve.

#### † LIQUOR ANTIPYRETICUS HARLESSII, Liquor Natri arsenicosi.

Rec. Arsenici albi pulverati, Sal. Soda crystall. Gran. triginta duo, solve in Aquae distill. servid Unc. septem et dimidia, post filtrationem addit. Aq. Cinnamomi vinosa ut efficiantur Unc. octo.

#### LIXIVIUM ANTIARTHriticum.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis Unc. unam, Argillae purae praecipitatae Drachm. semis, Aq. dest. Libr. unam, Gummi Arab. Scrup. octo, Syr. Sacch. Scrup. septem, Ol. Olivar. Gran. viginti tria, Spir. Vini rectiss. Gran. sexaginta quinque, Camphor. Drachm. unam, Terebinth. Venet. Scrup. septem, m. l. a. — Usus externus.

#### MEL ROSAE SOLUTIVUM CUM AGARICO Ph. Taurin. 1833.

Rec. Succi Rosarum pallidar defaceati Libr. quatuor, Agarici Unc. tres, Mechoacannae Unc. unam, Zingiberis Drachm. duas, digere,

exprime, adde Mellis despumati Libr. tres, coque in Syrupum.

#### MIXTURA GUAJACI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Resin. Guajaci Drachm. tres, Sacch. albi Unc. semis, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Aq. Cinnamomi Unc. undeviginti, misce lege artis.

#### MIXTURA HORDEI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Hordei mundati Unc. duas et semis, coque cum Aq. comm. Libr. septem ad Unc. quadraginta, adde Caricarum, Passularum aa Unc. duas et semis, Rad. Liquirit. Drachm. quinque, Aq. comm. Unc. viginti, coque ad Unc. quadragesima et cola.

#### MIXTURA KREOSOTI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Kreosoti, Aceti concentr. aa Gutt. secundum, Spir. Junip. comp., Syrup. simpl. aa Unc. usam, Aq. comm. Unc. quatuordecim.

#### NAPHITHA CUPRATA, Aether cypriacus. Rüppelather.

Rec. Cupri carbonici Drachm. unam, solve in Acido muriatico puro, filtra, evaporare fac ad siccum, sepone ut iterum deliquescat massa, liquamen solve in triplo pondere Naphthae Vitrioli.

#### NATRIUM SULPHURATO STIBIATUM (p. 582).

Partes constituentes: Natrii sulphurati tria, Antimonii supersulphurati unum, Aquae crystallisationis duodeviginti pondera Mixtionis.

#### NITRUM DEPURATUM (p. 586).

In locum methodi depurationis l. e. de scriptae meliorem referamus:

Rec. Nitri crudi vel, quod in commercio obvenit, semidepurrati q. v., in sartagine cuprea adde Aquae pluvialis vel communis duplum, si opus erit adde Kali carbonici pauxillum, tum coque et post solutionem cola per linteum madefactum. Liquorem limpide colatum in patina aperta inter agitationem fac refrigerare, post refrigerium crystallos minimas collige in vase figulinio in quibus Saccharum concrescere solet, lixivium fac eguttare.

In massam crystallinam plane strata immittit chartam filtra-

toriam rotundam marginibus erectis. In hanc chartam funde Aquam destillatam, quae aequabiliter per chartam transgressa lixivia matris abluit.

Quod si per diem factum fuerit, aquam non amplius affunde sed sine eguttare. Crystallos spathula ope exime et in charta expande. Hinc inde explora num particulae cum solutione Mercurii nitrosi praecipitatum album vel tantum opalescentiam gignant. Quod nisi fit crystallos chemice puras puta, si vero reactio efficitur, residuum crystallorum cum insequente operatione novae lotioni subjice.

Lixivia matris et Aquas lavatorias fac in sartagine ebullire, et novam Nitri crudi copiam in ipsis liqua, cola per linteam, et simili modo crystallos collectas lava.

Lixivia ultima evaporent ut post refrigerium et agitationem crystallos emittant, quas simili modo depura.

Hac encheiresi facilime atque non sumtuose Nitrum chemice purum obtinetur.

† OPIATUM HANDELII.

Rec. Ol. Hyoscyami coct. Drachm. unam, Opii puri Drachm. semis, Extr. Belladonnae, Camphorae  $\frac{aa}{a}$  Gran. sex, Ol. Cajeputi, Tinct. Cantharid.  $\frac{aa}{a}$  Gutt. octo, misce. Usus exterior.

PILULAE ALOES ET FERRI Ph. Ed. 1839.

Rec. Vitrioli Martis Gr. triginta sex, Aloës Gran. viginti quatuor, Pulu. aromat. Gran. septuaginta, conservae Rosar. Gran. centum, fiant pilulae 48.

PILULAE CALOMELANOS COMPOSITAE Ph. Edinb. 1839

Rec. Calomel, Sulphur. aurat. Antimon.  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Resin. Guajaci, Theriacae  $\frac{aa}{a}$  Unc. duas, f. mass pilularum, quam divide in par-

ticularia sex, quarum singula formetur in pilulas 96.

† PILULAE COLOCYNTHIDIS Ph. Ed. 1839.

Rec. Aloes, Seamanonii  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Colocynth. Unc. semis, Arcani dupl., Ol. Caryophyl.  $\frac{aa}{a}$  Drachm unam, Spir. Vini q. s., fiant pilulae granor. quinque.

† PILULAE COLOCYNTHIDIS ET HYOSCYAMI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pilular. Colocynth. Ph. Edinb. 1839 (v. voc. antecedentem) Drachm. duas, Extr. Hyosc. Drachm. unam, fiant pilulae 36.

† PILULAE DIGITALIS ET SCILLAE Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Hb. Digital., — Rad. Scill.  $\frac{aa}{a}$  Scrup. unum, Electuariorum aromat. Scrup. duos, Conserv. Rosar. q. s., fiant pil. viginti.

PILULAE FERRI CARBONATIS Ph. Ed. 1839.

Rec. Ferri saccharati Drachm. unam, Conserv. Rosar. rubr. q. s., f. pil. Gran. quinque.

PILULAE IPECACUANHAE ET OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Doweri Drachm. unam et semis, Conserv. Rosar. rubr. Drachm. semis, f. pil. 24.

† PILULAE OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii Gran. viginti quatuor, Arcani dupl.

Gran. septuaginta duo, conserv. Rosar. Gran. viginti quatuor, f. pil. 24.

† PILULAE PLUMBI OPIATAE Ph. Ed. 1839.

Rec. Sacch. Saturni Gran. septuaginta duo,

Opii Gran. duodecim, Conserv. Rosar. Gran.

quatuordecim, f. pil. 24.

PILULAE RHEI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Rad. Rhei Unc. unam, Terr. foliat.

Tart. Drachm. unam, Conserv. Rosar. Drachm.

quinque et semis, f. pil. 144.

PILULAE RHEI COMPOSITAE Ph. Ed. 1839.

Rec. Rad. Rhei Unc. semis, Aloës Drachm.

tres, Myrrae, Sapon. Venet.  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas,

Conserv. Rosar. Drachm. duas et Scrup. unum,

f. pilulae 144.

PILULAE RHEI ET FERRI Ph. Ed. 1839:

Rec. Vitrioli Martis exsiccati Gran. viginti

quatuor, Extr. Rhei Drachm. unam, Conserv.

Rosar. Drachm. semis, f. pil. 24.

PILULAE SCILLAE Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Rad. Scill. Gran. viginti quatuor,

Gummi Ammoniaci, Rad. Zingiberis, Sapon.

Venet.  $\frac{aa}{a}$  Scrup. unum, Conserv. Rosar. rubr.

Gran. decem, f. pil. 24.

† PILULAE STYRACIS Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii, Croci  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam, Extr.

Styracis Drachm. duas, f. pil. 60.

PROPHYLACTICUM ANTISYPHILITICUM

PFEIFFERI.

Rec. Mercur. sublimat. corrosivi Drachm.

unam et semis et Grana duodecim, Sal. Ammon Drachm. semis, Tannini Drachm. unam, Calcariae chlorosae Unc. unam et semis, Saponis duri Libr. unam, Tinct. Thujae occident. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. duas, Ol. Caryoph. Drachm. semis f. contra saponis.

**PULVIS AEROPHORUS MARTIALIS  
QUENEVILLE.**

Rec. Natri bicarbon Unc. semis, Acid. taric. Drachm. sex et Scrup. duos, Vitrioli Mart. depur. Drachm. sex, Sacch. albi Drachm. quinque et Scrup. unum.

**† PULVIS ARSENICALIS ROUSSELOT.**

Rec. Arsenici albi part. unam, Sanguin Dracon. Cinnabaris praep.  $\frac{1}{2}$  part. octo.

**PULVIS CACAO COMPOSITUS**, Pulvis restaurans, Pulvis contant. Zusammengesetztes Cacaopulver, Reiçcontant.

Ph. Badens. 1841: Rec. Sem. Carao optime tritorum Unc. tres, Pulv. Oryzae, Sacchari albi  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Pulv. Cinnamomi Drachm. unam, misce.

**PULVIS DENTIFRICIUS ANGLORUM.**

Rec. Cretae albae praep. partes tres, Camphorae pulv. Drachm. unani.

**PULVIS ESCHAROTICUS ARSENICO-ANTIMONIALIS** = Magnes arsenicalis (p. 537).

**PULVIS MAGNI DUCIS HETRURIAE Ph. Taurin. 1833.**

Rec. Rad. Paeon., Sem. Paeon., Rad. Contrayervae, — Serpentaria. Virginiana, Ossium ad albedinem istorum  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Scobis Cornu Cervi Unc. unam, Rad. Valerian. Drachm. semis, Succini citrini, Castor. Sibir.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam et semis, singula pulverata misceantur.

**PULVIS PECTORALIS CORELLA** = Pulvis Liquiritiae compositus Ph. Boruss. ed. 5.

**PULVIS STOMACHICUS ABSORBENS TUDII.**

Rec. Magnes. alb. Scrup. unum, Pulv. Ligni Quass. Gran. quinque, ni.

**PULVIS STOMACHICUS QUERCETANI** = Pulvis stomachicus BIRKMANNI (p. 700).

**ROOB DE LAFFECTEUR (p. 709).**

Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. novem, — Chinæ pond., Ligni Guajaci, — Sassafras  $\frac{1}{2}$  Unc. sex, Cort. Chinæ reg. Unc. tres, bene concisa macera cum Aq. comm. Unc. centum et quadraginta per horas 48, tunc cum eadem aqua coque ad remanentiam tertiae partis Decoctum adhuc fervidum cola cum forti expressione Species residuas denuo et tertium cum eadem aquae quantitate ad eandem colaturam coque. Colaturis tribus mixtis in lebete adde Syr. Simpl. Libr. duas et semis, miscella evaporet ad consistentiam Syrupi i. e. ad con-

sumtionem fere tertiae partis, coletur et denuo paulisper ebulliat; tum funde in vas murrinum cui jam insunt Flor. Borruginis Unc. una et semis, Sem. Anisi vulgaris cont. Scrup. octo in saceulum ligata. Vas obtectum reponatur, donec miscella refrixerit. Tum saceulum exine, liquorem spathula agita et in lagenis bene replendis excipe.

**SAL POLYCHIRESTUM SEIGNETTE** (p. 720) continet ex novissimis experimentis octo Pond. Mixtionis Aquae crystallisationis.

**SAL TARTARI (p. 721).**

Rec. Cremoris Tartari Libr. duas, Nitri chemicæ puri ad methodum in Appendice descriptam parati Libr. unam, mixta et in vas ferreum immisso accende carbone urente, tum operculum obtege et omnia deflagrationi derelique. Postquam refrixerit miscela eximatur, Aqua destillata elixivetur et Liquores filtrati ad siccum evaporent.

**SAPO BUTYRINUS. Butterseife. Savon de beurre.**

Rec. Butyri insulsi q. v., liquefiat semel ut caseus excernatur, tum effunde in vas porcellaneum, adde Liquoris Natri caustici pond. spec. 1,18 par pondus et miscelam calefac ad lenem ebullitionem, aquam dissipatam sensim restituendo. Quando sapo factus fuerit inter assiduam coctionem aquam destillatam affunde, donec sapo in gluten tenacissimum pellucidum fere coierit. Tum injice Salis communis pondus dimidium Butyri et coque ut Sapo a lixivio salino secernatur. Post refrigerium stratum saponis exime, adde Liquoris Natri caustici pauxillum et Aquae pondus duplum Saponis, coque ut Sapo denuo solvatur tum iterum Sale communi injecto Saponem fac concrescere. Post refrigerium Saponem induratum exime et sicca in loco tepido, radulae ope in lacinias

tenues dissecata, quas penitus exsiccatas in pulverem contere.

Inseruit Balsamo Opodeldoc pellucido et ab asteriscis libero parando. Repetita salitione et coctione cum Lixivio natrino color omnis excernitur et pinguedinis nulla portiuncula saponificationem eludit.

**SYRUPUS APERIENS COMPOSITUS Ph.**  
Taurin. 1831.

Rec. Succi defacat. Agrimoniae, — Cherefolii, — Pimpinellae. Rad. Petroselin. — Raphani hortens, — Peucedani, — Iresos  $\frac{aa}{a}$  Unc. octo, Aceti scillit. Libr. tres, Rad. Calami, — Helenii, Ligni Sassafras  $\frac{aa}{a}$  Unc. tres, — Sacch. albi Libr. sex; Radices Succis et Aceto digerantur, tum exprimantur, in colatura Saccharum solvatur et ad Syrupi spissitudinem percoquuntur.

**SYRUPUS APERIENS Dr. PECHII Ph.**  
Taurin. 1833.

Rec. Rad. Apii, — Helenii, — Asparagi, — Eringii, — Foeniculi, — Bardanae, — Fragariae, — Iresos Flor., — Vincetoxicii, — Polypodi, — Lquiritiae, — Consolidae major, — Fructuum Alkekengi  $\frac{aa}{a}$  Unc unam, Aq. comm. q. s., fiat decoctum, eola, adde Succi Liquir. depur., — Cichorii, — Pimpinellae, — Fumariae; — Foeniculi, — Petroselinii  $\frac{aa}{a}$  Unc. quatuor, — Aceti scill. Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. quatuor.

**SYRUPUS HAEMOSTATICUS BONJAN.**

Rec. Extr. haemostat. (in Append.) Drachm. duas, Aq. Naph. Unc. unam, Syr. Sacch. Unc. sedecim.

**SYRUPUS PECTORALIS COMITIS CHRISTIANI Ph.** Taurin. 1833.

Rec. Rad. Sarsaparill., — Chinae, — Smilacis asperae, Ligni Guajaci  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Sem. Hordei Unc. sex, Rasur. Eboris Drachm. unam, coque cum Aq. comm. Libr. sex ad dimidiam; sub finem coctionis adde Flor. Violar., — Buglossae, — Boraginis, — Rosar.  $\frac{aa}{a}$  Manip. unum, cola, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas, clarifica et coque ad Syrupi consistentiam.

**TAFFETAS VESICANS POTTINGERI.**

Rec. Cantharid. pulv. Drachm. tres, Naphth. Vitrioli Unc. unam, digere per 24 horas, exprime, solve in colato Mastich. Drachm. semis, Sandarac. Scrup. quatuor, Terebinth. Ven. Scrup. unum, Ol. Lavend. Gutt. duodecim, ope penicilli strata tria in taffetas sericeum illine.

**† TINCTURA CONII Ph.** Edinb. 1839.

Rec. Fol. recent. Conii Libr. unam, Tinct.

Cardamomi Unc. decem, Spir. Vini rect. Unc. viginti sex, digesta exprime et filtra.

**TINCTURA GENTIANELLAE COMPOSITA BONVICINI.**

Rec. Hb. Gentianellae (i. e. Gentianae acaulis) Unc. sex, Fol. Senn. Libr. unam, Spir. Vini rectiss. Libr. unam et semis, mixta digere per dies decem, tum liquorem effunde et diuidium aquae et Spiritus Vini adjice, iterum digere per dies decem, exprime, liquores junctos filtra.

**TINCTURA OPII CAMPHORATA Ph.**  
Edinb. 1839.

Rec. Camphor. Scrup. duos et semis, Opii Scrup. quatuor, Flor. Benzoës Gran. septuaginta duo, Ol. Anisi Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta, digesta per hebdomadem filtra.

**TINCTURA PRADIER.**

Rec. Balsami de Mecca Drachm. sex, Cort. Chin. rubr. Unc. unam, Croci Unc. semis, Rud. Sarsaparill., Hb. Salviae  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. tres, digere, filtra.

**TINCTURA QUASSIAE COMPOSITA Ph.**  
Edinb. 1839.

Rec. Sem. Cardamomi, Coccion.  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, Cinnamomi, Ligni Quassiae  $\frac{aa}{a}$  Drachm. tres, Passalar. Unc. quatuor, Spirit. Vini rect. Unc. viginti duas, digesta per septimanam filtra.

**TINCTURA RHEI Ph.** Edinb. 1839.

Rec. Rad. Rhei Unc. tres, Sem. Cardamomi Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. tres, digere filtra.

**TINCTURA RHEI ET ALOES Ph.** Ed. 1839.

Rec. Rad. Rhei Drachm. decem, Aloës Drachm. sex, Sem. Cardamomi Unc. semis. Spir. Vini rect. Libr. tres.

**TROCHISCI LACTUCARII Ph.** Edinb. 1839.

Rec. Lactucarii Drachm. duas, Tinct. Balsami Tolutani Unc. semis, Syrup. simpl. Unc. octo, Gummi Arab. pulv., Succ. Liquir. de pur.  $\frac{aa}{a}$  Unc. quinque, in massam redacta formentur in trochisci Gran. decem.

**TROCHISCI MAGNESIAE Ph.** Edinb. 1839.

Rec. Magnes. albae Unc. sex, Sacch. albi Unc. tres, Nuc. moschat. Scrup. unum, fiant trochisci ope mucilaginis Tragacanthae.

**† TROCHISCI MORPHII Ph.** Edinb. 1839.

Rec. Morphii muriat. Scrup. unum, Tinct. Balsami Tolutani Unc. semis, Sacch. alb. Unc. viginti quinque, fiant ope Mucilaginis Tragacanthae trochisci Gran. quindecim.

**† TROCHISCI MORPHII ET IPECACUAN-HAE.**

Rec. Morphii muriat. Scrup. unum, Rad. Ipecacuanh. pulv. Drachm. unam, Tinct. Bals. Tolutani. Uns. semis, Sacch. albi Unc. viginti quinque, fiant ope mucilaginis Tragacanthae Trochisci Gran. quindecim.

## TROCHISCI OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii Drachm. duas, Tinct. Balsami Tolutani Unc. semis, Syrupi simpl. Unc. octo, Gummi Arab. pulv., Succ. Liquir. depur.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quinque, fiant legi artis trochisci Gran. decem.

## UNGUENTUM CUM BORACE SOUBEIRAN.

Rec. Boracis pulv. part. unam, Axungiae part. octo, m.

## UNGUENTUM NEAPOLITANUM

(p. 870).

Miscelae Mercurii et Sevi in loco temperato triturando adde aliquantulum Naphthae Vitrioli. Mercurius hae encheiresi facilissime atque citissime subigitur.

## UNGUENTUM PICIS LIQUIDAE Ph. Ed.

1839.

Rec. Picis liquid. Unc. quinque, Cerae flav. Unc. duas, liquata agita donec refluxerint.

## UNGUENTUM ROSATUM s. pomadatum. Gewöhnliche Pommade.

Rec. Cerae albae Unc. quatuor, Axun-

giae porcinæ Libr. quinque, liquando misce, tum sensim inter assiduam agitationem immisce Aquae communis Libr. duas, Pulveris Saponis Veneti Unc. unam, Olei Bergamott., — de Cedro  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, — Caryophyll., — Cinnamomi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam.

## UNGUENTUM WITZMANNI.

Rec. Butyri recent., Ol. Ricini  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, Tartari emet. Gran. duo ad. decem.

## VINUM AMARUM. Bitterwein.

Ph Badens. 1841: Rec. Pulv. Flaved. Cort. Aurant. Unc unam, Vini Rhenani optimi Libr. duas, digere, in colatura Unc. vi-

ginti quatuor solve Extracti Gentianae Unc.

unam; post subsidentiam cola.

## VINUM FERRI ACETICI SOUBEIRAN.

Rec. Ferri acetici ad siccum evaporati Gran. duodecim, Vini albi Unc. sedecim.

## VINUM OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii Unc. unam, Cinnamomi, Caryophyll.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Vini Xeric Unc. undeviginti et semis, digere, filtra.